

huc, et penitus fierent irrita. Cum enim archiepiscopus, et Romanus legatus cum clero et Barchinensi comite, aliisque principibus ad prædicta consilia audienda convenissent, Petrus Albitonis nobilis Pisanus miles armatus celer advenit, et Pisanos urbem expugnare acclamans conventum Siremit, cleroque, atque aliis, qui convenerant ad bellum festinantibus prædictus comes tristis remansit, et quia suo consilio creditum non fuerat, se præliatum negavit, suosque pugnare prohibuit, Sed divina potentia providens ^{vorem} ~~ferocem~~ Pisanorum, et volens misereri miseris captivorum, urbem magnificam in sollemnitate cathedrae apostolorum principis per manus Pisanorum civium capi concessit, multis milibus Paracenorum ^{utriusque} ~~utriusque~~ sexus interfectis, atque plurimis in captivitate retentis. Ibi que Paracenorum thesaurorum maximas copias invinentes, et eas quique recolligentes ad carcerem perveniunt captivorum, et inde eos extrahentes, maximis cum fletibus dissolvunt vincula, et

solcinate
aptoz